



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 27. Mandatur inquisitio Templarios.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIV.
A.C. 1308.
que per nos designandis, & inquisitionem in totum Ordinem rursus aliis deferre. Subjungit: Cum autem omnium interfit tantis mederi malis, postquam hac de re sæpe ac sedulo cum Cardinalibus aliisque sapientibus viris deliberavimus, pro laudabili more nostrorum patrum decrevimus concilium universale in primam Octobris anni 1310 convocare, ut ibi Templariorum Ordini, & horum bonis, fidei catholicæ, recipiendæ terræ sacræ, corrigendis Ecclesiæ moribus, ac libertati ejus instaurandæ provideamus.

§. XXVII.

Mandatur inquisitio in Templarios.

p. 1510. E.

Idcirco te Archiepiscopum Cantuariensem, & vos Londini, Vinconicæ, Sarvioduni, Vigornæ, ac Lindi Episcopos jubemus in nostram urbem Viennam præscripto tempore ipsos venire. Cæteri provinciæ vestræ Episcopi ibi manebunt, ut functiones pontificias tam vestris, quam suis in diocesisibus obeant; & illi æque ac reliquus Clerus tum secularis tum Religiosus vobis plenam dabunt potestatem concurrenti suo nomine ad omnes concilii sanctiones: sin minus, tenebuntur hoc ipsi adire, aut illuc mittere procuratores alios cum eadem potestate

testate. Interim emendanda omnia re- Sæcul. XIV.
feretis in commentarios ad concilium A.C.1308.
deserendos. Dabat Pictavii; & adscri-

pta est duodecima Augusti anni 1308.
Sed ante finem ejusdem mensis diploma
non potuit confici, quia meminit quæ-
stionis Cainonensis non nisi die vigesimo
conclusæ.

Eodem tempore Papa ad Archiepis-
copum Cantuariensem & Suffraganeos
ejus aliud diploma misit: in quo cum
de causa Templariorum eadem narrasset,
adjunxit: Sed quia cunctis in regionibus,
ubi dispersus est hic Ordo, per nos i-
psos inquirere nequimus; volumus, ut
in sua quisque urbe ac dicecesi cum fo-
ciis, quos vobis damus, editto publico
omnes Templarios in illis versantes locis
citetis, & quæstionem de iisdem habeatis
in punctis, quæ nostro clausa sigillo
vobis mittimus, & in aliis, quæ censebitis
idonea. Adhæc mandamus, ut post
has inquisitiones concilium provinciale
privatos Equites interrogatos vel absol-
vat, vel damnet. Inquilitores a nobis
in provincia constitutos noveritis admit-
tendos esse, si velint, ad quæstiones has
& judicia. Socii a Papa pro hac pro-
vincia nominati erant Patriarcha Hie-
rosolymitanus nempe Antonius Dunela-
censis, Episcopus, Archiepiscopus Ebo-
racensis, tres Episcopi Linconia, Cice-
stria, T t

Hist. eccl. just. Tom. XXII.

Sæcul. XIV. **A.C. 1308.**
 itriæ, & Aureliæ; duo Abbates Latinia-
 ci & ad S. Germani de Pratis, quidam
 Canonicus Narbonensis Auditor curiæ
 apostolicæ, & Parochus quidam dicece-
 feos Londinensis.

p. 1544. E. Diploma conventum convocans mit-
 tebatur singulis Archiepiscopis, muta-
 tis tantum nominibus provinciarum, ac
 Episcoporum, qui ad concilium accer-
 lebantur; exempli gratia ex provincia
 Turonensi Rhedonum, Andegavi, & Nan-
 netarum Episcopi; ex Bituricensi Mi-
 mati, Lemovicarum, & Anicii Præsules;
 ex Rothomagensi Bajocassinus, & Co-
 sedianus: ex Narbonensi Tolosæ, Ma-
 galonæ, ac Bliterarum Antistites; & sic
 porro per totam Ecclesiam Latinam.

p. 2550. C. Ad urbem Romam quod attinet, Inar-
 do Thebarum Archiepiscopo honorario,
 & Vicario Papæ inscriptum diploma fuit.
 Idem missum est Regi Franciæ Philip-
 po hac cum clausula: Cæterum, quia
 pluribus ex causis interest, ut tam cele-

p. 1539.
p. 1544. B. bre concilium ornet præsentia tua, cæte-
 rorumque Principum catholicorum, ro-
 gamus & suademus, ut ipse illi adsis. Di-
 ploma mittebatur etiam Eduardo II Re-
 gi Angliæ, Carolo Regi Siciliæ nempe
 Neapolis, Carolo ejus nepoti Regi Hun-
 garizæ, Friderico Regi Trinacriæ, nunti-
 rum Siciliæ, & cunctis reliquis Regibus.

Mandatum de inquisitione in Templarios fuit pariter missum in omnes provincias ecclesiasticas : & Cognitores erant diversi. Pro Senonensi provincia Papa constituit Archiepiscopum Narbonensem, Bajocassii, Muniti, & Lemovicarum Episcopos, Matthæum Neapolitanum Archidiaconum Rothomagensis, Joannem Mantuanum Archidiaconum Tridentinum, Joannem Monlaurium Archidiaconum Magalonensem, & Guilielmum Agarinum Præpositum Aquisextanum. Per epistolam cunctis Galliarum Episcopis inscriptam Papa præcepit, ut harum inquisitionum socios ex sua quisque Ecclesia sumerent duos Canonicos, duos Dominicanos, ac totidem Fratres Minores, quos bona fide putarent aptissimos. Dabat 13 Jul. 1308.

Sæcul. XIV.
A. C. 1308.

On. vi
Templ. p. 115

Spicil. to. 10.
p. 362.

§. XXVIII.

Templi Lateranensis incendium.

Interim Clemens Roma nuncium accepit tristissimum. Nocte præcedente diem festum S. Joannis ante Portam Latinam sextum Maji Lateranense templum conflagravit. Ignis e vestiario sacro erumpens evasit in tectum pronai, & consumpsit pæne totum ; dein altare Canonicorum, atque concham seu chori locum corripuit. Domus per ambitum omnes,

J. Vill. l. 8.

c. 97.

Rayn. n. 10.

II.

T t 2

inter